

dotatam¹ et in² atavum nostrum Cuonradum imperatorem et avum nostrum Heinricum bonęque memoriae patrem nostrum Heinricum imperatorem successione imperii et legali iure hereditatam, dehinc eodem iure ad nostrae dominationis manus receptam, cum omnibus suis pertinentiis, quicquid videlicet predicta abbatia per aliquod munimen cartarum vel traditionum detinet vel eidem pertinet ab ecclesia Romana et Rauennate aut ab aliqua alia, seu etiam quicquid iure proprietatis detinet aut acquirere in futuro potuerit: id est³ totam insulam integram, a primo latere Pado percurrente in mari, a secundo latere litus maris, a tertio vero latere Gauro et piscariam que vocatur Volana cum portu integro [a rivo Badarino]⁴ ex utrisque partibus usque in mare; et massam que dicitur Lacus Sanctus cum lateribus suis et cum piscaria que vocatur Tidini, a primo latere fundo qui vocatur Grecule et fundo qui vocatur Cornaceruina et fluvio qui vocatur Cesi et canale qui vocatur Curlo, a secundo latere valle que vocatur Farulle⁵ et fluvio qui vocatur Conca Agathę descendente in Gaurum, a tertio latere ipso Gauro, a quarto vero Pado percurrente; insuper curtem unam integram que vocatur Vstolatus cum plebe sua et alia que vocatur Baoria et curtem aliam que vocatur Ultracanalem cum omnibus ad monasterium sanctę Marię in cenodochio pertinentibus et cum omnibus, que predictę abbatie Hugo marchio filius Vberti dedit; quicquid etiam habet aut acquirere poterit infra Padum et Atasim fluvium vel infra Padum et Sandalum, et quantacunque in apostolicę sedis privilegio releguntur; verum etiam queque habet aut acquirere in civitate Rauenna poterit et infra totum comitatum Comaclensem et Gauellensem et Ferrariensem et Mutinensem et Bononiensem et Corneliensem et Fauentinum et Livinensem⁶ et Popliensem et Cesenatem et Montemferetranum et Ariminensem et Pensauriensem et Fanensem et Vrbiniensem et Castellatum et Perusinum et in omnibus quoque locis, cum areis edificiis castris capellis silvis pratis pascuis paludibus salectis olivetis vineis montibus vallibus planiciebus aquis aquarumque decursibus piscationibus venationibus salinis et cum omni utilitate, que vel nominari vel scribi potest, — ab omni subiectione archiepiscoporum, Rauennatum excutimus, ut regalis imperpetuum sit, nullis

1) Von anderer Hand in Lücke ergänzt; VU und NU. St. 4223 'ditatam'. 2) B und NU. St. 4223; VU. 'per'. 3) VU; 'idem' B. 4) Lücke in B ergänzt aus VU. 5) 'Sarole' VU. 6) VU; 'lunensem' B.